

tyis nullius sapiēs cui libet qđni rñdet: s; tñ ad eas qđ pri-
nent ad suā sciētā. Ita doctor veritatis non d; cui libet
qđstioni rñdere. Stulticia enī sapiētie opponit. Dec autē
doctrina ē sapiētie. Deut. 4. Dec. n. sapiētia vřa r itelle-
ctus corā pplis rē. Quēstioēs g̃ aduersantes intētionib;
doctrinē istī stulte sunt: aduersant autē ei illa qđ sunt indi-
sciplinabilia. Job. 34. Job autē stulte locut⁹: ēēt vřba illi⁹
ñ sonāt disciplinā rē. Itē qñ manifestū pponit: vt dubiū
s. qđcūq; d; aliq; p se tenere i sciētā. Et hec sūt qđ spectāt
ad instructionē fidei r eruditionē moꝝ: et qđā sunt qđ d;
vitare. Unī dicit (Genealogias.) Ponunt. n. genealogie
i scripturis pp mysteria r pp intellectū historialē. In re-
sistēdo ipugnātib⁹ d; vitare pntiōēs r pugnas. Qñ. n.
ē disputatio ad inq̃sitionē veritatis ē laudabile: s; qñ est
ad oñdēdū qđ sit tenēdū r qđ vitādū: tales sunt vitāde.
puer. 20. Nonoz ē hōi qđ sepat se a p̃tētiōib⁹ rē. z. z. z.
Noli vřbis p̃tēdere. pugne legis sunt qđ nō ex vitio dispu-
tātū: s; qđ oriunt⁹ ex p̃tētate i scriptura vel rōibus d̃rys.
S; nūqd h; semp sunt vitāde: Dicēdū ē i scriptura sa-
cra fm veritatē nihil ē d̃riū. S; si aliqd appet d̃riū: Ul-
tē qđ nō intelligit. Vel qđ corrupta sunt vitio scriptoꝝ: qđ
p; spāliter i numeris r genealogys. Et hō iō qđ determia-
ri nō p̃nt vult qđ vitent. Et hoc iō qđ inutiles sunt. Et do-
ctor ad duo itendere d;. s. ad vtilitatē et ad veritatē. p.
uer. 8. Veritatē meditatiōē guttur meū rē. Esa. 48. Ego
dñs de⁹ tuus docēs te vřtū. Non ē g̃ itromittēdū se de
inutilib⁹ et qđ nō hñt solidā veritatē. Scire. n. singularia
vt sūt genealogie nō ē ad p̃fectōēs itellectus nec ad istru-
ctiōē moꝝ nec fidei. Et sūt vane: qđ nō hñt solidā vitatē.
Deinde cū dicit. (Hereticū rē.) Qñdit qđ sunt vitādi i
ter hoies: et p̃mo oñdit qđ heretici. Scđo oñdit rōēs hui⁹
ibi. (Sciēs qđ rē.) Dicit g̃ hereticū hoiem rē. Ubi notā-
dū ē qđ faciat eē hereticū: et accipiēda ē p̃ma rō hui⁹ no-
minis hereticus. Nō. n. d; a diuisiōe: s; ab electiōe vt di-
cit hieronymus. In greco. n. heresis d; electio. Unī here-
ticus. i. electinus qđi p̃tinaciter adherēs secte alicui⁹ quā
eligit. Unī sciēdū ē qđ ois hereticus ē errās: r nō ecōuer-
so pp duo. P̃mo ex pte m̃ae circa quā errat: puta si nō
ē circa finē vite humane: vel circa id qđ ad fidē p̃tinet et
bonos mores. Talis. n. sic errās nō ē hereticus. Si vō er-
raret circa ea qđ sunt ad finē vite humane semp ē hereti-
cus. Et dico finē vite humane: qđ apud antiq̃s erāt secte
ponētes diuersum finē fidei: vt p; de stoycis et epicuris.
Et sic si aliq; diceret deū nō eē trinū r vnū et fornicatio-
nē nō eē peccatū ē hereticus. Scđo ex pte electiōis:
qđ eligēs si nō ē p̃tinax. s; ē parat⁹ corrigi. s; ecclesie d̃ter-
minationē: et sic nō ē ex malicia: s; ex ignorātia nō ē he-
reticus. Dūc g̃ deuota pp periculū. z. z. z. Sermo eoꝝ
vt cācer serpit. Itē nec aliq; cōicet peccat⁹ eoꝝ ne videā-
tur eis p̃sentire. z. Jo. ca. vnico. Si q; venerit ad vos et
hāc doctrinā nō affert rē. Itē pp penā. Numeri. 16. Re-
cedite a tabernaculis hoīm impioꝝ: et nolite tāgere qđ
ad eos p̃tinēt rē. Vult tñ qđ moneat: et si nō dimittit tūc
ē hereticus et vitādus. Et dicit post primā et scđaz cor-
reptionē. Sic. n. fit i ecclia i exōcicatiōib⁹. Et rō ē qđ erran-
tis numer⁹ ois rei h; p̃nci^m mediū et finē. Jō accipit⁹ vt
sufficiēs ad oia. z. Cor. vl. Ecce iā 3: hoc venio ad vos rē.
Itē pp p̃fectiōēs numeri ternarij. Rō autē deuitatiōis ē:
qđ cū errāte agēdū a p̃ncipio vt corrigat. Mat. 9. Nō est
opus valētib⁹ medicis: s; male habētibus rē. Et iō nō ē
dimittēdū quoscūq; videat si curari poterit: s; si nō pōt sa-
nari tē ē dimittēd⁹. Lu. 19. Ex ore tuo te iudico fne neq̃.
Deinde cū dicit. (Lū misero rē.) Scribit qđā familia-
ria. Et p̃mo qđā disponēda circa ipm. Scđo eplam ter-
minat i salute. Dicit g̃. (Lū misero rē.) Di duo discipuli

crāt apli. Alios misit: qđ volēbat qđ titus iret ad euz nec
determinat ei tps: s; locū: eo. n. idiguit i adiutorū p̃dica-
tiōis: voluit tñ p̃mitti arthemā r oñdit qđ de eis dispo-
nat. Scđo obiectioni rñdet ibi. (Discāt autē r vestri rē.)
Apollo iste de quo Act. 19. erat episcopus corinthioꝝ pp
quoꝝ culpā dimisit eos et iuit eretā ad titū: s; correctis
corithyis aplis reuocat eū. Uocat autē zenā legisperitū:
licet et apollo esset valde doctus: qđ in iudaismo habuit
hāc dignitatē. Rō autē quare istos vult p̃mitti r nō titū
est: qđ titus necessarius erat apud eretā pp episcopatus:
isti āt nō habebāt aliquā curā. Et dicit. vt nihil illis d̃sit.
Quasi dicat. Si nō habes puideāt subditi tui. Et iō sub-
iungit. Sic discant vestri. s. fideles puidere sicut faciūt
iudei. Et dicit vestri. s. subditi discāt excellere iudeos et
alios de asia qđ suis p̃dicatoꝝ r indigētibus puideāt.
Et dicit ad vsus necessarios. i. in casibus necessitatis. p̃.
Tim. 6. Habētes alimēta r qb⁹ tegamur his p̃tēti sim⁹.
Rō autē quare p̃sent: est vt nō sint infructuosi. p̃ co-
rinth. 9. Quis plantat vineā r de fructu eius nō edit rē.
Populus ergo si est vt vinea domini debet ferre fructū
nō solū spūalem: sed et temporalē vt exinde cultores su-
stentent: alias essent infructuosi. Mat. 7. Omnis arbor
que non facit fructum bonum excidet rē.

Deinde salutāt eos p̃mo ex parte alioꝝ. Scđo rogāt qđ
salutent alios. Tertio ponit suā. Quātum ad primū di-
cit. Salutant. i. salutem optant. Scđo cū dicit. Qui nos
amant. i. in fide christi existentes: qđ non est cōuentio fi-
delis cum infideli. z. par. 19. Impio prebes auxilium et
his qui oderunt dominū amicitia iungeris. Vel qui nos
amant in fide. i. fideli affectu. Ecc. 1. 6. Amico fideli nulla
est comparatio rē. (Gratia dei.) s. que est p̃ncipiū ois
bonozum. Ro. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsi⁹ rē.
Et dicit vobis: qđ non scribit vni propter vtilitatē ipsi⁹
tñ: sed propter totam ecclesiam. Deo gratias.

Explicit explanatio deuotissima celi doctoris sancti
thome aquinatis ordinis fratruꝝ predicatoruꝝ sup
epistola beatissimi Pauli apostoli ad Titum.

Incipit expositio eiusdē angelici doctoris sancti Tho-
me aquinensis ordinis fratrum predicatorum super epi-
stola apostoli Pauli ad Philemonem.

Prologus.



Seruus si est tibi fidelis

fit tibi quasi aia tua rē. Ecc. 33. Qñdit sa-
piēs tria circa dñm r fuus. s. qđ regraf
ex parte fui. Itē qualis d; eē affectus dñi
ad fuū. Itē qualis vsus fui. Ex pte fui re-
quiri⁹ fidelitas in qua ē bonū fui: qđ r qđ est r oia sua d;
dare dño. Mat. 24. Fidelis fu⁹ r prudēs rē. Et dicit si
ē fidelis: qđ fidelitas apud paucos ē. puer. 20. Uix fide-
lē q; inueniet: Talis g̃ fuus d; haberi a dño sicut ami-
cus i affectu. Unī dicit. Sit tibi sicut aia tua. Doc. n. ē p;
p̃riū amioꝝ vt eoꝝ aia vna sit i nolēdo r volēdo. Act.
4. Multitudis credētū erat cor vnū r aia vna rē. In qđ
dat itelligi qđ ē qđā p̃sentus iter dñz r fuū: qđ fuus fidel-
trāsīt in amicū. Usus eius ē vt tractet vt frater: nā fra-
ter ē r q̃tum ad generationē nature: qđ eodem actore.
Job. 31. Si p̃temp̃si subire iudiciū cuz fuo meo rē. Ma-
lach. 2. Nunqd nō vnus p̃r oium nostrū: Nunqd nō de-
vnyus: Et q̃tum ad generationē gratie que ē eadē. Gal.
3. Quicūq; enim in christo baptizati estis xpm induistis:
non est iudeus neq; grecus: non est seru⁹ neq; liber: nō ē
masculus neq; femia: oēs. n. vos vnū estis i xpo iesu.

Ad philemonem

Mat. 23. Oēs vos fratres estis. Dec autē vba veniunt materie huius eplē. Sicut. n. supra ondit qualr spūales plati habeāt se ad subditos: sic h qualr tēporales dñi ad tpaales suos: et quō seruus fidelis quo ad dñm eius.

CAPIT.



Paulus vincetus christi iesu et timotheus frater: philemoni dilecto adiutori nro: et apie sorori carissime et archippo comilitoni nro et ecclesie q̄i in domo tua ē: gr̄a vobis et pax a deo p̄re nro et dño iesu xp̄o. Gr̄as ago deo meo semp̄ memoriā tui faciēs in orationib⁹ meis audies charitatē tuā et fidē quas habes in dño iesu et in oēs sanctos: vt comunicatio fidei tue enidens fiat in agnitione ois operis boni in christo iesu: gaudiū enī magnū habui et consolationem charitate tua: quia viscera sanctorum requieverunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens in christo iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatem magis.

Ep̄le occasio ex h̄ ē. Apud. n. colossenses qdā xp̄ianus magn⁹ habuit quēdā suū q̄ eū furto fugiēs romā ab apostolo ē baptizatus: p̄ quo et scribit. Et p̄mo ponit salutatio. Sc̄do eplaris narratio. In salutatiōe p̄mo ponit psonas salutātes. sc̄do salutatas. Tertio bona optata. Dicit ḡ. Paulus qd̄ ē nomē venerādū oibus fidelib⁹ q̄ sunt docti ab eo. Vincetus. z. Tim. z. Laboro vsq̄ ad vincula. Nā tūc vincetus erat romē. S̄z iesu xp̄i: vbi ondit cā vinctuloz. Laudabile. n. valde ē vinctū eē pp̄ xp̄s: in hoc. n. ē beatificādus. Mat. 5. Beati q̄ p̄secutionē patiunt pp̄ iusticiā zc. p̄. 4. Nemovestz patiat̄ quasi homicida aut fur: aut maledicus: aut alienoz appetitor: si autē vt christianus nō erubescat: gloriāficet autē deum in isto noie Act. 5. Ibat apli zc. Et timotheus frater. Fratres sūt q̄stus ad p̄fectā fidē. Phil. z. Neminē hēo tā vnanimes q̄ sincera affectōe p̄ vob̄ sollicit⁹ sit. Ip̄s at timotheū adiūgit vt facili⁹ ip̄tret: qz ip̄ole ē p̄ces mltoz n̄ exaudiri.

Deinde ponit personas salutatas. Et p̄mo ponit persona principalis salutata. Secundo adiūcta. Item p̄mo ponit maritū et vxorē q̄ dñiuz dom⁹ habent: quibus obligat̄ fuus. Dilectū dicit pp̄ bona opa. Jo. 15. Hoc ē p̄ceptū meū vt diligatis inuicē zc. Adiutori qz subministrabat sanctis. puerb. 18. Frater q̄ iuuat a fratre q̄si ciuitas firma. Sc̄do ponit psona adiūcta cū dicit. Archippo comilitoni nro q̄ ita erat potēs colossis q̄ oēs christiani erāt sub ymbra eius. Et iō inducit totā ecclesiā ibi: cui⁹ erat ep̄us: sic scribēs. Col. vlti. Dicit archippo. vide ministrū qd̄ accepisti zc. Et dicit archippo comilitoni: qz oēs prelati sunt sicut spūales milites ecclesie. z. Cor. 10. Arma militie nre nō sunt carnalia zc. Et addit. Et eccleie zc. Vos sup̄inducit vt moneāt eū ad exaudiendum. Bona optata exponunt vt consuetum est.

Deinde cū dicit. Gr̄as ago zc. Ponit eplaris narratio: et p̄mo ponit gratiaz actio. Sc̄do petitio ibi. Propter qd̄ zc. Tertio conclusio ibi. Itaqz frater ego zc. Itē p̄mo gr̄az actio ponit. Sc̄do mā actiōis gratiarum. ibi. Audies zc. Tertio cām pp̄ quas deo gr̄as agit ibi. Gaudiū. n. magnū zc. Dicit ḡ. gr̄as ago zc. Col. 3. et grati estote. Phil. 4. Lū gr̄az actiōe. q. d. Ita ago gr̄as d̄ p̄teritis: vt orez tñ p̄ futuris. Et iō dicit. Semp̄ memoriā

tui faciēs zc. Phil. i. Eo q̄ habeā vos in corde et in viculis meis zc. Esa. 49. Nūqd̄ pōt mlter obliuisci ifatē suū zc. Ponēdo autē mān gr̄az actiōis et oratōis ondit qd̄ p̄ eo petēdo orat. Nā aut̄ hui⁹ erat necessaria et bona philemoni et charitas et fides: sine. n. charitate nihil aliorū valet: et p̄ eā oia habent. p̄ corin. 13. Si linguis hominū loquar zc. Itē sine fide nullus deū amare pōt: qz nō cognoscit vere deū. De spe autē mētione nō facit: qz media ē: et in his itelligit. S̄z i q̄ habes fidē et charitatē: In dño iesu p̄ cor. vlti. Si qs nō amat dñm n̄z iesu xp̄s anathema sit zc. Et h̄ ē necessariū: qz ex xp̄o dulcius dilecto d̄riuat dilectio ad mēbra: qz nō diligit caput q̄ n̄ diligit mēbra. p̄ Jo. 4. Qui nō diligit fratrem suū quē videt: deū quem nō videt quō pōt diligere zc. Et i oēs sanctos. fides in itur doctrine. put ē manifestata p̄ xp̄m: qz deus nemo vidit vnq̄. Jo. i. z. 14. Creditis in deū et in me credite. Et iō p̄ fidē habem⁹ xp̄m. S̄z qz ad sanctos p̄tinet pōt intelligi dupliciter. Uno mō qz ex fide quā h̄nt ad xp̄m p̄cedūt obsequia ip̄sa sanctis. Vel fides p̄sistit in diuinitate p̄ncipaliter. put ē annūciata p̄ xp̄s: s̄z nō solū p̄ xp̄m: s̄z et per sanctos. Mat. 28. Eūtes ḡ docete oēs gētes zc. Debem⁹ ḡ credere nō solū dicta p̄ xp̄m: s̄z et p̄ sc̄tos. Deb. z. Que eū in ituz accepisset enerrari p̄ dñm ab eis q̄ audierunt in nos p̄firmata ē. Ut cōicatio fidei zc. H̄ p̄tinuat dupliciter. Uno. n. mō vt sit signū. Et ē sensus vt cōicatio zc. i. tāta ē charitas tua: vt cōicatio fidei tue zc. Ul̄ alr. Gr̄as ago et memoriā zc. vt. s. ondat qd̄ p̄ eo petat orando. Et pōt itelligi cōicatio fidei dupliciter. Ul̄ qz i fide cōicabat cū oib⁹ sanctis nō h̄ns aliā fidē nouā vt heretici. p̄ cor. i. Idip̄s dicatis oēs zc. Vel cōicatio qua bona cōicatio sanctis p̄cedēs ex fide. p̄ Tim. vlti. Diuinitibus hui⁹ seculi p̄cipe nō alta sapere nec sperare in incerto diuinitiaz: s̄z i deo viuo q̄ p̄stat nobis zc. Euidēs fiat. i. vt bonū latēs i corde euidēs fiat p̄ bona opa. In agnitiōe ois boni. s. qd̄ a te fit. Et h̄ i iesu xp̄o. i. p̄ iesu xp̄o. Jac. z. Vide mibi fidē tuā sine opib⁹. et ego tibi ondas ex opib⁹ fidem meā zc. Vel alr. Multa sunt opa in mundo q̄ sunt bona hominibus: et tñ deo nō sunt bona: qz nō recte fiūt. puer. 14. Est via q̄ vt homini recta: nouissima autē eius deducit ad mortē zc. Eccles. 8. Vidi impios sepultos q̄ etiaz cū adhuc viuerēt in loco sancto erāt et laudabant̄ i ciuitate quasi iustoz opoz. S̄z hoc manifestat̄ p̄ fidē rectam q̄n̄ p̄sequit̄ premiuz a deo q̄ nō remunerat nisi recta. Et iō dicit. In agnitione. i. vt hoc euidens fiat qz cognoscas omne bonū. Vel qz cognoscas in te omne bonum qd̄ est fruitio diuinitatis. Exo. 33. Ostēdā tibi oē bonū. Sap. 7. Venerunt mibi oia bona pariter cum illa zc. Lā aut̄ pp̄ quā gratias agit ē gaudiū. Et iō dicit. Gaudiū enī magnū zc. 3. Jo. ca. vnico. Maiorē hōz gr̄am nō habeo: quā vt audia filios meos in veritate ambulare. Hoc enī gaudiū alleuiabat p̄suras suas. Un̄ addit. Et solatiōne zc. ps. Sc̄dm̄ multitudinē doloz meoz i corde meo solatiōes tue letificauerunt aiām meāz. Lūius rōnem assignat dicens. Quia viscera zc. Col. 3. Induite vos ḡ sicut electi dei sancti et dilecti viscera misericordie benignitatis zc. 3. Jo. c. vnico. Charissime fideliter agis qz operaris in fratres: et hoc in peregrinos zc.

Deinde cū dicit. Propter qd̄ zc. Ponit petitio: et p̄mo fiducia petēdi. Sc̄do ipsa petitio ibi. Obsecro zc. Tertio ei⁹ rō ibi. Forsitā zc. Dicit ḡ. Propter qd̄. i. qz sic abūdas charitate. multā fiduciā zc. Non ex me s̄z ex auctoritate iesu xp̄i i cui⁹ fide te genui. Et iō possuz tibi impare vt p̄: s̄z qd̄ ad rē. s. tuā p̄tinet vel cōmunē: als platus nō h̄z potestātē imperandi sibi quicq̄ nisi qd̄ vel est ad eius utilitatem vel ecclesie vel bonoz moz xp̄ianz

religionis. Tū magis obsecro puer. is. Cū obsecratōib⁹ logi pauper rē. Et quare: Lerte cū sis talis rē. sunt duo pp q⁹ obsecrari. s. etas senectutis. p⁹ Tū. 4. Senio rē ne icrepaueris: s; obsecra vt p⁹ rē. Itē honestas vtu tis: vbi. n. nō delinqm⁹ pares sum⁹. Ecc⁹. 32. Rectorē te posuerūt noli extolli: esto i illis q⁹ v⁹ ex ipis. Dic g. Cū sis talis rē. q. d. Si esses puer p⁹ tibi hoc: s; tu es se nex. Itē si leuis: s; talis es vite q⁹ es mihi filis. Nō q⁹ talis rē tātus sit simplr: s; aliquo mō similis: qd dicit ex sua humilitate. Ro. 12. Donore iuicē pueniētes. Origenes. Paulus diu vixit in fide. Lōuersus enim adolescēs nūc dicit vt senex. Origenes. Raro vtilis doctor inueniē in ecclesia qn sit longeuus. Exemplū de Petro r Paulō.

Lectio.

II.

Obscuro cum sis talis: vt Paulus senex: nunc autē r vincus iesu chris ti obsecro te pro meo filio quez genui in vinculis onesimo qui tibi aliquid quando inutilis fuit: nunc autem r mihi r tibi vtilis quem remisi tibi. Tu autem illum vt mea viscera suscipe. Quem ego volueraz mecum detinere: vt pro te mihi ministraret i vinculis euangelij. Sine consilio autē tuo nihil volui facere: vt ne velut ex necessitate bonum tuum esset: sed voluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad horam ad te: vt in eternū illū reciperes: iam nō vt seruum: sed p seruo charissimum fratrem: maxime mihi. Quāto autē magis tibi. r i carne r in domino: Si ergo habes me socium. suscipe illum sicut me. Si at aliquid nocuit tibi aut debet: hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam vt non dicam tibi q⁹ r te ipsum mihi debes. Ita frater ego te fruor in domino: refice viscera mea in chris to: Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam r super illud quod dico facies. Simul r para mihi hospitium: nā spero per orationes vestras donari me vobis. Salutat te epaphras concaptiu⁹ meus in xpo iesu: marcus: aristarch⁹ demas: r lucas adiutores mei. Gratia domini nostri iesu chris ti cum spiritu vestro Amen.

Posita fiducia apli de bonitate philemonis: ponit hic suā petitionē. Et pmo ostendit psonā p qua petit. Scdo ex hoc petitionē pcludit ibi. (Tu autē illū rē.) Circa pmoz duo facit: qz pzo describēdo psonā ostendit eā sibi acceptā ex spūali generatiōe. Scdo ex mox mutatione. Dicit g. vere sum exaudiēdus: qz petitio pmet honestatē r pietatē p meo filio honestissimo de q⁹ ē pns mea sollicitudo. Et acgreus filiū tpe defectus magis eū diligit vt senes filios in senectute genitos. Heñ. 37. Israel autē diligebat ioseph sup oēs filios suos eo q⁹ i senectute genuisset eū. Dūc autē genuit i vinculis. Scdo ē mutatio i morib⁹. Si. n. i peccato pseuerasset nō fuisset dign⁹ venia. Et nota q⁹ minus dicit r plus significat. Docet. n. tullius q⁹ q⁹ factū suū dz attenuare q⁹ tum pōt. Sic aplus leniter de culpa huius loq⁹ dicēs. (Inutilis). i. nociuus i subtrahēdo res tuas: nūc autē puerus a malo ad statum virtutis

vtilis ē ad fuitiū dei r hoīum. scde Tū. 2. Si q⁹ emū daverit se ab ist⁹ erit vas i honore sanctificatū rē. puer. 25. Aufer rubiginē de argēto: r egrediet⁹ vas purissimū. (Deinde cū dicit. (Tu autē illū rē.) Ponit petitiōez suā. Et p ponit petitiō. Scdo rīdet q⁹ tibi ibi. (Quē ego rē.) Dicit g. Tu gillū rē. Et h iō: qz vidi eū emēdatuz cuius signū ē: qz eū remisi tibi. Lōtra. deut. 23. Nō trades seruum dño suo: q ad te pfugerit rē. Rūdeo vep ē qn dñs q⁹ rit eū ad mortē: r iō dic. (Tu at rē.) Philem. i. Eo q⁹ habea vos i corde r i vinculis meis r in defensiōe rē. Et rīdet q⁹ tibi: qz possit dicere. Si ē vtilis tibi quare nō retines eū ad mortē: Jō dicit q⁹ ē cā mittēdi eū. Pmo autē ostēdit ppositū retinēdi eū. Scdo q⁹ re desistit a pposito ibi. (Sine p⁹ filio autē tuo rē.) Dicit g philemoni: q licet esset magnus: tñ aplō solitus erat ministrare. Mat. 20. Qui cūq⁹ voluerit iter vos maior fieri sit vester minister rē. Un ex hac fiducia pposuit eū tenere: vt loco ei⁹ sibi ministraret qd erat maxime necessariū: qn erat i vinculis pp xpm. Est. n. puidēdū qn q⁹ patif p dño suo. Rō autem quare desistit ē: qz noluit vti re aliena ignozāte dño. Un dicit. (Sine p⁹ filio rē.) Quasi di. Si retinuissez eū iā placeret tibi nō valēti resistere r eēt qdā coactio. Sz magis volui q⁹ volūtarie fieret. Exo. 25. Ab omni hoīe q⁹ offert vltioneus accipietis eas. s. pmitias. scde cor. 9. Nō ex tristitia aut ex necessitate hylarē. n. datorē diligit deus.

Deinde cū dicit. (Forsitan. n. rē.) ponit rōez quare dz euz recipere benigne. Et pmo ex pte dei. Scdo ex parte ipsius apli ibi. (Si g hēs rē.) Tertio ex pte ipsius philemonis ibi. (Lōfidēs rē.) Ex pte dei: qz sepe dei pudentia id qd v⁹ malū pmittit fieri: vt exinde sequat⁹ bonuz: vt p3 de ioseph vēdito vt liberaret egyptū r familiā patris. Heñ. 45. Pro salute. n. vfa misit me de⁹ añ vos rē. Et dicit forsita: qz icōprehēsbilia sūt dei iudicia. Ro. 11. Et dicit p suo. i. loco fui. Mat. 23. Dēs autē vos fratres estis. Et nō solū tibi: s; mihi in cōparatōe ad deū licet sit filius ministerio: qz tomagis tibi. r i carne r i dño: qd dupliciter pōt exponi. Uno mō q⁹ referat ad p⁹ mā originē diuine creatiōis: r sic ē frater. Deut. 32. Nōne ipse est p⁹ tuus q⁹ possedit r fecit r creauit te. Mal. 2. Nūqd nō p⁹ vnus oīum n⁹ m: nūqd nō deus vnus creauit nos. Itē in deo p fidē. Vel magis erat i bonū philemoni: qz affinis eius fm carnē: qz fm eā erat fuus ei⁹. qz h totū qd erat ei carnaliter erat suū. Un duplici rōne q⁹ mouet ex charitate. s. ex amore fm carnis originē r ex amore spūali.

Ex pte autē apli pmo allegat suā amicitia sub cui⁹ obtētū vult eū suscipi. Scdo fideiuber p eo de dāno. Tertio ostendit receptōis officiū. Scdm ibi. (Si at aliqd rē.) Tertiu ibi. (Itaqz frater rē.) Dicit g. Si g rē. i. Jo. 1. Si autē i luce ambulamus sicut r ipse ē i luce societate habemus ad inuicē rē. Et dicit. (Sicut r me) qz iūc⁹ ē mihi. Mat. 10. Qui vos recipit me recipit rē. (Scdo autē obligat se p eo satisfactuz p dāno. Dicit g. si aliqd nocuit. s. dimittēs fuitiū tuū hoc mihi imputa. Quasi dicat. Ego satisfaciā. Gal. vltimo. Alter alterius onera portate rē. Et plus. qz pmo pmittit se solutuz. Scdo ostēdit eū esse de bitore ad hoc nō necessitatis: s; voluntatis. Dicit g. Ego paulus rē. Quasi dicat vt certus sis de restitutōe scribo manu mea. Et hoc non est necessitas: qz tu debes mihi te ipsum quē erui a morte eterna. Et talis dz se liberatori. Tob. 9. Si me ipsum tradā tibi fuū non ero pdignus providentie tue. Et subiūgit dicēs. (Itaqz fr ego te rē.) Quasi dicat. si vis me habere sociū suscipe euz r ego ita fruor te frater. idest si iplueris volūtate meaz gaudys. Nā frui est vti fructu: r sicut ē vti ad vtile: sic frui ad fructū. Importat autē fructus dulcedinē. Lañ. 2. Et fructus

Ad hebreos

eius dulcis gutturi meo. Itē finē: qz vltimū de arboze ē fructus. Et iō proprie est habere aliqd vt delectabile et finale. Et inde est qd dicit augu. Fruimur cognitis in qb⁹ voluntas delectat pp dulcedinē. Itē frui ē alicui inbere re pp se. Aliqñ g accipiunt frui z vti cōmuniter put ipoz tant delectationē absq; contrario. Ecc¹. 8. Fruere magna- tis sine querela. Dicit g. Sic fruar: qz in nullo mihi con- trarius es. Et si in hoc mihi satisfaci nihil erit in corde meo de te qd tristat me: z sic delectabis me. Si aut ac- cipitur frui put finale qd est: sic nō est fruendū hoie: sed solo deo. Cōtra qd ē illud sap. z. Fruamur bonis q sunt: z vtamur creatura tanq; in iumentute celeriter zc. Unde iste addit in dño: id est fruar in te delectatōe dei gaudēs de bono diuino i te: qz eius actus est dilectio z fruitio ef- fectus. f. charitatis. Iō addidit. In B refice viscera mea. Reficit enim hō spūaliter qñ satisfit desiderys aie sue. Ac si dicat. Imple dōsideria intima cordis mei: z nō i ma- lis: s; in xpo. Et ideo bona est impletio desidery.

Deinde cū dicit (Cōfidens zc.) Sumit ratio ex parte philemonis z est cōmendatione obedientie eius. Et pmo ofidit quomodo ofidit de obedientia eius. Scdo iniungit ei aliud simile. Dicit ergo. (Cōfidens zc.) scde cor. 7. Gaudeo qz in omnibus ofido i vobis. i. Reg. 15. Melior est obediētia qz victime zc. Sed plus caute scribit: quia homo magis exaudit aliqñ quādo sperat iterum ipsuz visurum qz si desperat. Et iō dicit. (Simul zc.) Solitus enim erat cū esset colossis hospitari in domo sua. Chri- stomus. Jocundū verbū: vt homo pauper diuiti mādēt vltra tot terrarum spacia per epistolā preparationē ho- spity. Quid enim pro eo parandū erat: q pane z vili pul- mento contentus erat: Dicendū ergo q nō propter ho- spity preparationem: sed ad insinuanduz familiaritatez z dilectionē hoc dicit: z magis per hoc puocat eū ad obe- diendū. Dec ille. Nō ergo hoc apllus dixit propter appa- ratū exteriorē: sed ad deuotionē eius. (Nā spero zc.) Cōtra. nūq; fuit eis redditus: sed rome ē mortuus. ergo spes eius defecit. Rūideo. duplex est spes iusti. f. pncipa- lis ad propziuz bonum. Et in hoc nunq; deficit p se. Alia est secundaria. f. probatio alioz: z in hoc qñq; deficit: qz merita illoz contrarianē sicut iusti qñq; nō exaudiūtur p alijs. Sed nunqd fuit deceptus de sua fiducia: Dicendū est q futura scire est solius dei: nō aut in cognitione hu- mana nisi prophetica. Et nullus prophetaz sciuit oia fu- tura de seipso nisi solus xps qui nō habuit spiritū sanctū ad mensurā. Sic Ysaac magnus propheta fuit deceptus in Jacob. Un nō ē mix de apostolo si nesciret. (Tunc terminat epistolā in salutationē: z primo ex parte alioz. Scdo ex parte sua. Dicit g. (Salutat zc.) De his omni- bus habet col. 4. Sed dubitat de hoc quod dicit. (De- mas zc.) Quomodo pōt hoc esse: qz dñ scde tūñ. vlti. De- mas dereliquit me: diligēs hoc seculuz. Quō g vtiē noie eius. Dicenduz ē q iā redierat ad euz. S; nec hoc vñ: qz hec epistola pcesserat scōaz eplam ad tūñ. qz hic dñ Spe- ro zc. ibi pñunciat mortē suā dicens. Et tempus mee re- solutionis iſtat zc. Et iō dicenduz ē q paulus fuit rome fere nouē annis z hec fuit facta in principio. Scda vō ad timo. i. fine vite sue: z tūc demas attediatus ex lōgis vin- culis dimisit eū. Et eplē pauli nō ordinant fīm tps: quia eplē ad corit. fuerūt añ eplaz ad romanos. z hec fuit añ vltimā ad timo. Et pmittit illa pp mām: qz de digniori. Saluatio sua eadē ē cū scda ad timo. Deo grās Amen.

Explicit deuotissima expositio scitissimi doctoris Tho- me de aquino ordinis fratrum predicatorū sup eplā glo- riosi gentium apostoli sancti pauli ad philemonem.

Incipit profundissima ac mirabilis explanatio eiusdē angelici doctoris sanctissimi Thome agnatis ordinis fratrum predicatorum super epistola eiusdem beatissi- mi totius orbis apostoli pauli ad hebreos.

Prologus.



Non ē similis tui in dijs

dñe z nō ē fm opera tua. ps. In vbis istis expmīf xpi excellētia qñtū ad duo. Et p- mo qñtum ad cōparationē ad alios deos cū dicit. (Nō est similis tui in dijs dñe.)

Scdo p cōparationē ad effect⁹ cū dicit. (Et nō ē f; opa- tua.) Circa primū sciēdū est q licet sit tm vnus deus na- turaliter: tm participatiue z in celo z i terra sunt dy mul- ti. prime cor. 8. Sunt quidē dy multi z dñi multi. Dicun- tur enim angeli dy. Nam Job. i. zc. Dicuntur filij dei. Itē Exod. 7. Cōstitui te deum pharaonis: dñ ad moyſen. Itē ad sacerdotes Exod. 22. Dys nō detrabes. Item ibi Si latet fur. dñs domus applicabitur ad deos. Angeli aut dicunt dy pp abundantissimā refulgētia diuine cla- ritatis. Job. 25. Sup quē nō fulget lumen illius. Xps er- go multo magis est deus qui est splendor glorie: vt dñ v- fra. i. Ephe. i. Cōstitues eū ad dexterā suā in celestib⁹ su- pra omnē principatū zc. Prophete vō dicuntur dy: quia ad ipsos sermo dei factus ē. Jo. 10. Ergo multo excellen- tius ē deus xps qui ē vbum dei. Jo. i. Sacerdotes vō di- cunt dy: qz dei ministri. Esa. 61. Vos sacerdotes dñi vo- cabimini. S; xps multo fortius q nō ē minister: sed dñs vniuersoz. Vester. 14. Itē apoc. 19. Dñs dominantū. Et infra tertio. Tanq; dñs in omni domo sua. Xps g deus magnus super omnes deos: qz splendor: qz vbiuz: qz dñs est. Scdo manifestat hec excellentia p effectus. Est aut triplex opus excellēs xpi. Unū quod se extendit ad totā creaturā. Jo. i. Omnia p ipsum facta sunt. Aliud qdēz tm ad creaturā rōnalem q p xpm illuminat. Joā. i. Erat lux vera zc. Tertii qd tm ad sanctos qui p ipsum p gra- tiam viuificantē viuificant z iustificant. Dis eniz trib⁹ modis nō possunt operari dy predicti. Angeli. n. nō sunt creatores. ps. Qui facis angelos tuos spirit⁹ zc. Prophe- te et sunt illuminati nō illuminantes. Joā. i. Nō erat ille lux zc. Sacerdotes et nō iustificabant. infra. 10. Impossi- bile est enim sanguine hyrcoz z thauroz auferri peccata. Sic g manifeste in verbis istis demonstra⁹ xpi excel- lētia: z hec ē materia hui⁹ epistole ad hebreos q ab alijs distinguit: qz in qbusdā epistolis agūt de gratia noui te- stamēti qñtuz ad totū corpus mysticuz ecclesie: z hoc in omnibus epistolis quas mittit ecclesys. In quibusdam vero qñtum ad mēbra principalia: sicut in his quas mit- tit singularibus personis. In ista vero cōmendat ipsam grām qñtum ad caput. f. xpm. In corpore. n. ecclesie ista tria reperim⁹: sicut z in corpore naturali. f. ipsum corp⁹ mysticū mēbra principalia. f. plati z maiores: z caput a q vita fluit in toto corpore. f. xps. (Sed sciēdum ē q añ synoduz nicenā quidā dubitauerunt an ista epistola eēt pauli. Et q nō probant duobus argumētis. Unū ē: quia nō tenet hunc modū quē i alijs epistolis. Nō. n. pmittit hic nec salutationē: nec nomē suū. Aliud ē: qz nō sapit sti- lum aliaz: imo h; elegantiorē: nec est aliqua scriptura q sic ordinate pcedat in ordine verboz z in sententys: sic ista. Un dicebant ipsam esse vel luce euāgeliste: vel bar- nabe: vel clemētis pape z martyris. Ipse. n. scripsit athe- niensibus quasi p omnia fīm stilū istum. Sed antig do- ctiores precipue Dionysius z alij alij accipiunt verba huius epistole pro testimonijs pauli. Et Hieronym⁹ illā inter epistolas pauli recipit. Ad primum g dicēdus